

AB

153596



1. Baumgarthen / Figiss. Jac. / pphi.  
tationum Hermeneumaticarum, part.  
cula prima, de Interpretatione  
Scripturae Sacrae. Halle, 1752.
2. IV Symbola Commentatio in  
Theotica Halle, 1752.
3. Verctiones Commentatio in  
Theoticas Symboli  
Athanasianae; Halle, 1752.

065  
18

THE HOLY BIBLE  
COMMENDED BY THE CHURCH  
TRANSLATED OUT OF THE ENGLISH  
INTERPRETATION  
SCRIPTURES SACRAE  
PROVIDED FOR THE USE OF  
THE CHURCH OF ENGLAND



SIG. IACOBI BAVMGARTEN  
COMMENTATIO

IN

VERSIONEM THEOTISCAM  
SYMBOLI ATHANASIANI

QVIA

P E N T E C O S T E

AD D. XXI MAI. Ieo Iccc LII

NOMINE ACADEMIAE

INDICITVR.



HALAE, APVD IOANNEM IVSTINVM GEBAVER.

SIG. IACOBI BAVMGA RTEN

COMMENTATIO

in

VERSONEM THEOTICAM  
SYMBOLI AHTANISIANI

64A

P E N T E C O S T E

AD D. XXI MAI 1620 PECO ITA

NOMINE ACADEMIAE

INDICATOR



HALVE. VBA D. IOANNEM. TURSTIUM. CEPAVER



**Q. F. F. Q. S.**



**T**alam pertexturi, quam nuper admodum in festo **Pa-**  
**schae** indicendo orsi fuimus, communicabimus vo-  
biscum, **CIVES AESTVMATISSIMI**, symboli per-  
uetusti, quod vel a prima ineuntis formulae voce  
quicunque dicitur, vel eadem significatione *athanasianum* (1), qua  
aliud antiquitate pariter ac auctoritate superius *apostolicum* vocatur,  
versionem *theofiscam* ex incerti monachi *weissenburgensis* *catechesi*  
*theofica* *seculo VIII* *conscripta*, atque a **IO. GE. ECCARDO** pri-  
mum edita (2) deprompta, nostrisque animaduersonibus nonnullis  
illustratam: ut non solum officii **VESTRI** cultusque supremo Spiritus  
sancti numini et beneficiis illius aeternitati profuturis debiti, ne-  
que minus venerationis erga sanctissimum trinitatis mysterium, cu-  
ius publicam et solemnem memoriam pii maiores cum *penteoste* con-  
iunctam esse voluerunt, in rem **VESTRAM** commonescatis; verum  
etiam a discriminibus obtrestationum praemuniamini, quibus bene  
multi criminatores recentissimi id agunt, ut vel grauissima doctrinae  
*christiana* capita de tribus in uno Deo personis, atque de persona **CHRI-**  
-  
**A** 2 **STI**

(1) De quo copiosius disputatur tame in libro inscripto *Auszug der Kir-*  
*chengeschichte von der Geburt Jesu an*, part. 2 §. 222 p. 847 etc. quam in den  
*Erleuterungen der symbol. Schriften* p. 21 etc.

(2) Anno 1713, ubi haec versio p. 66-72 comparet.

sti θεων in suspicionem adducant nouitatis originisque, si non a secessionibus sacris seculi XVI, scholasticorum certe litigiosis subtilitatibus ducendae, quas omnis et maiorum nostratum, et populi christiani vniuersi antiquitas secure feliciterque ignorauerit, vel hoc ipsum symbolum longe ipsis infestissimum, si minus falsitatis errorumque, at iniquioris saltet acerbatis et duritiae fatis speciose insimulent. Quae quantopere a vero recto que aberrent, et quam praeuaricatorie perhibeantur, facile intelligitis si venerabile antiquitatis monumentum ea, quae tantae causae diribitores decet, attentione recognoueritis; quod ita se habet:

*So huuer, so uulit gihaldan* (3) *Quicunque vult saluus esse,*  
*uuesan, fora allu thurst ist, thaz ante omnia necesse est, vt teneat*  
*er habe atticha gilauba* (4).

*Thisa uzzar eogihuueleñ alonga* *Quam nisi quis integrum in-*  
*endi ganza gihalde, ano ibu in* *uiolatamque seruauerit, absque*  
*euuidhu faruurdhit* (5), *dubio in aeternum peribit.*

*Gilau-*

*Fides*

(3) A radice *halden* seu *halten*, *seruare*, unde ipse CHRISTVS seruator *haltar* vocatur.

(4) Nemini rerum sacrarum vel mediocriter perito neque finis et destinatio-  
 nis confessionum publicarum ignaro difficile perspectu erit: 1) de necessitate  
 morali hic sermonem esse, seu obligatione credendi, amplectendi ob-  
 seruandique doctrinam diuinitus reuelatam; et 2) fidem catholicam seu  
 vniuersalem neutquam constituire doctrinam, quam vel ad unum omnes  
 CHRISTVM professi sectantur, vel maior illorum pars, vel illi saltet,  
 qui coetu suo nomen vniuersalis ecclesiae insolenter arrogant; sed quam  
 quisque omni adhuc studio cognouerit ita diuinitus propositam esse in  
 facies litteris, ut ab vniuersis singulisque illarum intelligentibus perspicere et  
 approbari possit ac debeat, negari saltet impugnarique sine praeuaricatione  
 nequeat.

(5) De vocibus *faren*, *perire*, et *faruuerdan*, *interire*, atque *faruurti*, *in-*  
*teritus*, conferri meretur et 10. SCHILTERI glossar. p. 287 et cel. 10.  
 G.E. WACHTERI gloss. p. 415. Ad argumentum vero huius enuntiationis  
 nemo offendet, qui secum reputauerit, nihil hic pronuntiari de ter-  
 minis locutionibusque humanis, quibus doctrina diuinitus reuelata propo-  
 nitur, atque a corruptione et periuasione defenditur, neque multo minus  
 de calamitosis ignorantiae aut dubitatione, sed de morosa et pertinaci ab-  
 negatione doctrinae pro vera et constituta diuinitus agnita, cuius vel to-  
 totius vel partis aliquius nemo sciens volensque desertorem agit fine ineui-  
 tabili salutis iactora. Quod luculentis oraculis MARC. XVI, 16; 10. XII,  
 47; XVII, 3; V, 22. 23; ROM. X, 9. 10. 11. 22 etc. III, 2. 3; V, 10-12;  
 2 10. 7. 9 - II aliisque bene multis effici potest.

*Gilauba an attichu thisift, thaz  
einan Got in trinisse, endi thrinif-  
si in einissi eremes (6).*

*Nohani giminigente thio gomo-  
heit (7), noh thea enuat ci-  
teilente (8).*

*Andher*

Fides catholica haec est, vt  
vnnum Deum in trinitate, et trini-  
tatem in vnitate veneremur.

Neque confundentes perso-  
nas, neque substantiam sepa-  
rantes.

A 3

Alia

(6) Neutquam id volunt haec verba, vt vel doctrina hic proposita, omni-  
que hac confessione comprehensa terminetur et circumscribatur fides chri-  
stiana, exclusis penitus illis omnibus doctrinis, quarum nulla hic diserte  
mentio fit; vel utriusque numeri, trinitatis et unitatis, commemoratio  
eodem sensu et respectu ad Deum referatur et de eodem praedicetur, vel  
tres personae pro partibus totius ad unum Deum componendum necessa-  
riis habeantur: sed id dumtaxat affirmant, doctrinas de utroque numero licet  
diuersimode ad Deum relato archiflime cohaerere, et indissolubili nexu  
copulari, atque ita pertinere utramque ad fidem catholicam, vt neutra ab  
homine sacrarum litterarum gnaro et intelligente salua illius integritate ne-  
gari possit.

(7) Opportune commemorat E C C A R D V S l. supra (2) excitato p. 145 etc.  
voci *gomobeti* in codice mfr. super impositam est vocem *enuit* ad prio-  
rem, quae interpreti vel librario displicuerat, minus saltem satisfecerat,  
commodius explicandam. Neutra tamen linguae peritis reique exprimen-  
dae non ignaris approbabitur. Prior enim a *gom*, *gano*, *goman* deriuatur,  
quae voces etiam per c scribuntur, *cono*, atque hominem seu virum  
proxime significant, quod ex residua compositione appellationis *sponsi*,  
*Brautigam*, satis appetat, vnde *gomobeti* et humanitatem et dignitatem at-  
que praestantiam indicat; quod in S C H I L T E R I gloss. p. 185 etc. luculenter  
probatur. Posterior vero, si *enuit* legeretur, *aliquid*, *quidquam* vni-  
uerse significaret, a quo si distinguunt *enuit* vel *quiddidat* ipsam, vel  
*proprietatem* indicaret. Rectius igitur rationes subduxerunt, qui vocem  
*latinam* in rebus sacris doctrinisque diuinis retinere, quam incepit vertere  
maluerunt.

(8) Vocem E C C A R D V S deriuatum init a *enuiten*, *connectere*, *copulare*, vt  
substantia connexione et compositione variorum illam constituentium finiat-  
tur. Rem prouidenter et circumspicte proposuit scriptor symboli, facta  
*substantiae* potius, quam *essentiae* mentione, ne lectores ipsa voce perso-  
nae inducantur, vt existimant extra fidei inuicem subsistere tres personas di-  
uinas atque adeo vel totidem substantias efficere, vel totidem partes unius  
substantiae compositae et tripartitae.

*Andher ist giuiffso gomahet fateres, andher suner, andher thes heilegen geistes (9).*

*Ein ist gotchundi, gilih diu-ridha (10), eban euuigu craft.*

*Huuolah fater, sulih sun, sulih ther heilogo geist (11).*

*Vngiscaffan fater, ungiscaffen sun, ungiscaffan endi ther heilogo geist (12).*

*Euuig fater, euuig sun, euuig heilogo geist, endi thoh nalles thri euuige, uzzar einer ist euuiger (13).*

*So nalles thri ungiscaffene, noh thri ungemezzen, uzzar einer ist ungiscaffener, endi einer ungimezzen (14).*

*Alia est ergo persona patris, alia filii, alia spiritus sancti.*

*Vna est diuinitas, aequalis gloria, coaeterna maiestas.*

*Qualis pater, talis filius, talis spiritus sanctus.*

*Increatus pater, increatus filius, increatus etiam sanctus spiritus.*

*Aeternus pater, aeternus filius, aeternus sanctus spiritus, et tamen nequaquam tres aeterni, sed unus est aeternus.*

*Sicut nequaquam tres increati, nec tres immensi, sed unus est increatus et unus immensus.*

*Simi-*

*(9) Non igitur solo nomine differunt personae diuinae, neque operationibus externis duntaxat, quas singulae sibi attribuiunt: sed internis et actibus et exinde oriundis relationibus notisque hypostaticis seu personalibus.*

*(10) Diuri et Diurida a diur, carus, theuer, cui magnum preium statuen- dum est, aliorum extimationem significat, qua gloria absoluatur.*

*(11) Haec symboli particula ut consecutio proxime praegressae intelligi debet, atque adeo ad diuinitatem seu essentiam diuinam spectare, gloriam et aeternam maiestatem, quae singulis aequaliter competit, salua differen- tia peculiaris, qua distinguntur.*

*(12) Vel interpretis vel librarii incuria, ea symboli particula hic desideratur, quae in textu ita exprimitur: *immensus pater, immensus filius, immensus spiritus sanctus*; atque per ea, quae sequuntur, sic verti debuissent, *ungimezzen fator, ungimezzen sun, ungimezzen heilogo geist*.*

*(13) Reclusis forte, saltem visitatis, hic et in sequentibus uzzar ponetur pro uzzar, de quo SCHITERI gloss. p. 822 conferri meretur.*

*(14) Haec symboli particula aequa ac praegressa, de increatis tribus aut immensis et aeternis substantiis loquitur, non adiective, quae insigniter disparata sunt; qua distinctione omnis contradictionis species evanescit, quae requirit, ut idem affirmetur et negetur eodem significatu.*

So sama alnahtigo fater, alnahtigo sun, alnahtigo endi hei-  
logo geist.

Endi valle thoh thri gota, uz-  
zar einer ist got (15).

So sama truhtin fater, truhtin  
sun, truhtin heilogo geist.

Endi thoh nalles thri truhtina,  
uzzar einer ist truhtin (16).

Huicanda so selp einezem eina-  
egothaewicha gonaheit, got endi  
truhtin ci gigehanne fona thera  
Christinheit uuarnissi gnotames  
(17)

So sama thri gota erdho truhtin-  
ci quedhanne thiurehta chrisfin-  
heit farbiutit, edho biuuerii (18).

## Fater

## Pater

(15) His duabus symboli particulis ea, quae praecedunt, affatim et luculenter explicantur: ut nullus dubitandi locus relinquatur de veritate distinctionis supra (14) commemoratae.

(16) Dispereat necesse est omnis suspicio contradictionis, cuius a veterotoribus nonnullis insinulanter hae formulae, si vera illorum interpretatio te-  
neatur. Quodsi enim et Patrem deum dominumque supremum vocamus,  
et filium et spiritum sanctum eadem denominatione insignimus, praeceuntem  
scripturam sacram scuti, neutquam id volumus, ut singulas has perso-  
nas separati et seorsim a reliquis DEV M seu ens nutrienque supremum  
abfolere, efficere et constituere existimemus, sed singulas aequaliter  
pertinere, referri debere ad ens necessarium et supremum seu Deum,  
qui unicus duntaxat, atque numerice unus esse, neque multiplicari  
potest.

(17) De verbo gehan, giban, jehen, confiteri, unde bigibte, beichte, con-  
fessio derivatur, tam ab E C C A R D O I. p. 157, quam in S C H I L T E R I  
gloss. p. 349 etc. uberioris agitur, vbi etiam p. 836 warnissi, veritas, ex-  
plieatur.

(18) Verbum queden, dicere, vocare, narrare etc. copiose illustrat cel.  
W A C H T E R V S gloss. p. 1222; biuuerien seu biuieren vero defendere, cu-  
stodie, prohibere S C H I L T E R V S gloss. p. 118 et 847 etc. Christianitatis  
auctoritas eadem est, quae doctrinae christianaee in sacris litteris diuinitus  
constitutae; unde nullum hic ecclesiae imperium tribuitur, neque homi-  
nibus ius vindicatur decidendi de mysteriis.

Similiter omnipotens pater,  
omnipotens filius, omnipotens  
etiam spiritus sanctus.

Et nequaquam tamen tres Dii,  
sed unus est Deus.

Ita dominas pater, dominus  
filius, dominus spiritus sanctus.

Et tamen non tres domini, sed  
unus est dominus.

Quia sicut singulatim vnam-  
quamque personam Deum et do-  
minum confiteri ex christianitatis  
veritate compellimur.

Ita tres Deos aut dominos di-  
cere vera christianitas prohibet  
aut inhibet.

## VIII

*Fater fona niu uuihi ist gitan,  
noch giscaffan, noh giboran (19).*

*Sun fona fatere enemo ist, nat-  
ten gitan, noh giscaffan, uzzar  
giboran (20).*

*Heilago geist fona fatere endi su-  
ne nalles gitan, noh giscaffan,  
noh giboran, uzzar asfaran (21).*

*Einer giuiffosfater, nalles thri  
fatera; einer sun, nalles thri su-  
ni; einer heilago geist, nalles thri  
heilage geista.*

*Endi in thesene thrinissi niuuuht  
eriren, erdho afteren; niuuuht me-  
ren, erdhob mineren (22).*

*Suntar alto thrio heiti eban euui,  
ge im fint, endi eban gitiche (23).*

*Pater a nemine est factus, nec  
creatus, nec genitus.*

*Filius a patre solo est, non fa-  
ctus, nec creatus, sed genitus.*

*Sanctus spiritus a patre et filio  
non factus, nec creatus, nec ge-  
nitus, sed procedens.*

*Vnus ergo pater, non tres pa-  
tres; vnum filius, non tres filii;  
vnum sanctus spiritus, non tres  
sancti spiritus.*

*Et in hac trinitate nihil prius,  
aut posterius; nihil maius aut  
minus.*

*Sed totae tres personae coae-  
ternae sibi sunt et coaequales.*

*Ita*

(19) Postrema negatio latius hic sumitur, ut omnem internam et necessa-  
riam communicationem essentiae diuinae ab alio factam patri abiudicet.

(20) Hac in oppositione lectoribus cauetur ab errore confundendi generatio-  
nem aeternam et perennem cum productione et procreatione transeunte,  
qualis in res contingentes, minime vero in ens necessarium cadit, cui  
existentia necessario competit.

(21) Eadem hic sollicitudine processio aeterna spiritus sancti a patre filioque,  
distinguitur non solum a generatione filii a patre, verum etiam a creatione  
et confectione.

(22) *Erdho* idem significat, quod *vñstatis edbo*, *vnde oder* descendit; *after*  
apud Anglos adhucdum obtinet; apud nostrates in *compositis aftergeburt,*  
*afterreden*, et similibus remanent. Argumentum huius particularis eo spe-  
cificat, ut omnis inaequalitas vel perfectionum entis necessarii et supremi, vel  
perennitatis, vel dignitatis et gloriae in personis diuinis negetur, quae ex  
ordine illarum aut actibus internis et personalibus inferri nequit. Cui  
X, 29 et XIII, 28 neutiquam refragatur, ubi et de legatione officio-  
que mediatoris, et de humana CHRISTI natura sermo est, qua omnino  
inferior est patre, licet diuinitate cum eodem per c. X, 30 unum plane sit,  
non vñus.

(23) Vocem *heiti* non detrunctione priorum syllabarum vocis *gomabetti*,  
sed seorsum per se personas significare ex SCHILTERI gloss. p. 443 etc.  
apparet. Formulam versionis commodiorem esse reique conuenientio-  
rem ipso textu, nemo insciabitur, qui secum reputabit aequalitate et simili-  
tudine

*So thaz ubaral, so giuobanagi  
quetan iſt, thaz thrinissi in ein-  
nisse, endi thaz einnissi in thrinissi  
ci erenne ſi* (24).

*Ter uili giuiſſo heil uuesan, ſo  
fona thriniffe henge edho farſtan-  
de* (25).

*Suntar nothurf iſt ci euigeru  
heili, thaz infleſeniffe gihuuelih  
truhit unſeran heilantam Christes  
gituitcho gilaube* (26).

*Ifi giuiſſo gilauba rehtiu, thaz  
uuar gilaubames endi bijehames,  
bithiu truhitin unſer heilanto Christ  
Gotes ſun, Got endi man iſt* (27).

*Got iſt fona cuati edho ſaman  
uijli fateres, er uueroldem gibo-  
ran*

Ita ut per omnia, ſicut iam  
ſupra dictum eſt, trinitas in vni-  
tate, et vnitas in trinitate vene-  
randa ſit.

Qui vult ergo ſaluus eſſe, ita  
de trinitate ſentiat vel intelligat.

Sed neceſſarium eſt ad aeter-  
nam ſalutem, ut incarnationem  
quoque domini nostri Iesu Chri-  
ſti fideliter credat.

Eſt ergo fides recta, ut creda-  
mus et conſteamur, quia domi-  
nus noster Iesu Chriſtus Dei fi-  
lius, Deus et homo eſt.

Deus eſt ex ſubſtantia aut con-  
ſistentia patris ante ſecula genitus,

B

et

ſimilitudine personarum diuinarum omnium non eueri veram earundem di-  
ſtinctionem, quae locum habere non poſſet fine aliqua diſſimilitudine ſeu  
diſſerentiā notarum perſonalium; unde ſingulare perſonae totae eſſentia  
dontaxat, aeternitate et dignitate ſimiles atque aequales ſunt.

(24) *Giu et obanagi* rectius pro duabus vocibus habentur, quae iam et ſupe-  
rius ſignificant. Veneratio trinitatis in vnitate, et vnitatis in trinitate ve-  
nerabunda approbatione vtriusque doctrinae diuinitus manifestatae absolui-  
tur, tam verae diſtinctionis trium perſonalium diuinarum, quam vnius  
eiusdemque eſſentiae, quae ſingulis perfonis aequaliter competit.

(25) De voce *hengen, hangen*, quae *consentire, approbare, permittere, ſen-  
tire* etiam et *exiftimare* ſignificat, ECCARDVS l.c. p. 158, SCHILTE-  
RUS p. 450 etc. et cel. WACHTERVS p. 659 conferendi ſunt. Vestigia  
illius in composito verbo *verhangen* apparent. Altera vox appofita epe-  
gegetice priorem ita explicat, ut versio ad paraphraſin accedat. Argumen-  
tum ipsum huius particulae a difficultatibus vacat, ſi eadem ratione intelli-  
gitur, qua duo prima ſymboli capita ſumenda pariter ac proxime confe-  
quens eſſe, ſupra commemorauimus.

(26) Incarnatione hic latius patet, ut per *metonymiam* et *synecdochen* omnem  
doctrinam de CHRISTO praefuitaque ab ipſo ſatisfactione ad Deum ho-  
minibus conciliandum comprehendant.

(27) Inferta textu mentio *ſcrutoris* ab interprete finem opportune designat,  
eui definiata fuit incarnatione omnisque huic perſonae incomparabilis ap-  
paratio.

ran, endi man iſt, fona enuati mua-  
ter in uuerolt giboran (28).

*Thurubtigan Got, thuruhtigan  
man, fona ſelu redhiaſteru, endi  
mennitſginimo fleiſge untauueſen-  
ter (29).*

*Ebaner fatere after gotcundi-  
niſſe, minniro fatere after men-  
niſgi (30).*

*Ther thoh thiuiidero ſi got endi  
man, nalles zuene thiuiideru, fun-  
tar eino iſt Christ (31).*

*Einer auur nalles gibuerbitu  
thera gotcundhi in fleiſg, fundar  
arhabani, ther a menniſgi in gode  
(32). Ei-*

(28) Vnam rectius vocem compositam faciunt voces *saman uiifti, das bei-  
ſammenſyn*, quae hic complexum eorum, quae aliquid constitunt, non  
inepte significat. *Werold* ſeculum recentius *Welt* peperit, teste *Anglorum World.* Generatio *CHRISTI* a patre ita hic comparatur cum generatio-  
ne a matre, vt utriusque veritas et proprietas conſet, discrepantia vero  
nequaquam negetur, quae praeter memoratam aeternitatem illius, huius  
vero circumſcriptionem temporis, in eo potifimum conſlit, vt prior illa  
omnem ſubſtantiae multiplicationem excludat, quae in eius neceſſarium  
et infinitum non cadit.

(29) *Redhe*, quod *Belgae* retinuerunt, *rationem* aequa ac fermonem olim  
ſignificauit, eadem homonymia cum *graceorum λιγω*: unde *redhiaſteru,*  
*rationalis*, deriuatur. Ad perfectum hominem compoſitio partium eſcen-  
tialium, quibus conſtat, recte refertur; fine neceſſaria tamen ſubſtentia  
peculiaris, quae personalitatem conſtitut, atque ſalua perfectione veri ho-  
minis a *CHRISTO* abesse potuit, cuius huimanitas nunquam ſorſum a  
diuinitate exſlit.

(30) Quod ea illuſtrant et conſirmant, quae ſupra (22) diſputantur.

(31) Niſi prius *thiuidero* redundat, particulae loco ponitur *daiwider, dage-  
gen*; posterius vero adieciue ſunji videtur, pro *verschiedene*, ne duo di-  
ſtincti et diſpariſ, ſed vnuſ tantum *CHRISTVS* eſſe, ſtatuatur.

(32) Vtramque vocem, *gibuerbitu, conuerſionem*, a radice *uerben*, et *ar-  
habani, adſuſionem*, quae non ex *erheben*, ſed *erben, arhaben*, deriu-  
atur, copioſe illuſtrat *ECCARDVS* l. c. p. 158-166. Haec conuertiō hu-  
manitatis, licet non omnem illius conuerſionem excludat, vt, quae perfe-  
ctor euadere euehique potuit, nullam tamen ipsius conuerſionem aut con-  
uerſionem eſſentiae abſorptae et penitus ſublatae infert vel admittit.

et homo eſt ex ſubſtantia matris  
in ſeculo genitus.

Perfectus Deus, perfectus ho-  
mo, ex anima rationali et huma-  
na carne ſubſtens.

Aequalis patri ſecundum diu-  
uinitatem, minor patre ſecundum  
humanitatem.

Qui licet ſit Deus et homo,  
non duo tamen, ſed vnuſ eſt  
*Christus.*

Vnuſ autem, non conuerſione  
diuinitatis in carnem, ſed conſu-  
tione humanitatis in Deum.

Vnuſ

Einer gäuiffo nalles gümiscniff  
thera cnuati, funtar eiiniffi therā  
heit (33).

Thoh fofama fo thiū fela redhi-  
haftiu endi tichamo einer ift man, fo  
got endi man einer ift Christ (34).

Ther gimar torot ift bi heili uns-  
fera, nitharsteig ci helliuizze, en-  
di aßtuan fona totem (35).

Vffleig ci himilom, fizzit ci ce-  
suun goetes fateres almahitiges.

Thanan cumstiger ci ruananne  
lebente endi tote (36).

Ci ther cumfti alle man ci ar-  
standanne eigin mit lichamon iro  
(37).

Endi geltanti fint fona gitatem  
eiganem redina (38).

Endi thie geuat datun; farent  
in

(33) Vox substantiae hic significat effentiam pecuniam et distinctam vtriusque  
naturae, sine duplice personalitate, quae postremis huius particulae ver-  
bis differte negatur.

(34) Haec comparatio vnionis hypostaticae duarum naturarum CHRISTI  
cum vnione naturali animae et corporis in homine neque inepta est, ne-  
que foecunditate destituitur, ultra limites tamen, quos tertia comparatio-  
nis vocare solemus, extendi neutiquam debet.

(35) Nimirum coarctaretur sensus huius formulae, si commemoratio salutis  
nostrae, cuius parandae cauffa CHRISTVS afflictiones perpeſias esse dici-  
tur, ad voces praegressas exclusis consequentibus referrentur, sibi enim suis  
que commodis nihil omnino illorum opus fuit, quae his enarrantur.

(36) Suspicitur ECCARDVS l.c. p.167 vitio librarii ruananne possum esse  
pro ruananne, cum verbum ruanen, junen vſitatus si significatu iudican-  
di: ipse tamen non inficiatur verbo runen et ruanen significatum dirimen-  
di, ſcēnendi, iudicandi que compete, licet rarius obuium.

(37) Vox eigin non adiectua est, sed verbum, quo formula textus latini ad  
litteram redditur, ad cuius aduentum omnes boni resurgere habent,  
quum eigen, habere, tenere, possidere significet.

(38) De verbi gelten, keltan, significatu reddendi, tribuendi, unde geld non  
incommode deriuatur, exempla proſtant apud ECCARDVM l.c. p.168,  
SCHILTERVM p.351 etc. et cel. WACHTERVM p.533 etc.

Vnus omnino non confusione  
substantiae, sed vnitate perso-  
nae.

Nam sicut anima rationalis et  
caro vnuſ est homo, ita Deus et  
homo vnuſ est Christus.

Qui paſſus est pro ſalute no-  
tra, dēcendit ad inferos, et re-  
ſurrexit a mortuis.

Ascendit in coelum, ſedet ad  
dextram Dei patris omnipotentis.  
Inde venturus eſt iudicare vi-  
uos et mortuos.

Ad quem aduentum omnes ho-  
mines refurgent cum corporibus  
ſuis.

Et reddituri ſunt de factis pro-  
priis rationem.

Et qui bona egerant, ibunt in  
B 2 aeter-

(33) Vox substantiae hic significat effentiam pecuniam et distinctam vtriusque  
naturae, sine duplice personalitate, quae postremis huius particulae ver-  
bis differte negatur.

(34) Haec comparatio vnionis hypostaticae duarum naturarum CHRISTI  
cum vnione naturali animae et corporis in homine neque inepta est, ne-  
que foecunditate destituitur, ultra limites tamen, quos tertia comparatio-  
nis vocare solemus, extendi neutiquam debet.

(35) Nimirum coarctaretur sensus huius formulae, si commemoratio salutis  
nostrae, cuius parandae cauffa CHRISTVS afflictiones perpeſias esse dici-  
tur, ad voces praegressas exclusis consequentibus referrentur, sibi enim suis  
que commodis nihil omnino illorum opus fuit, quae his enarrantur.

(36) Suspicitur ECCARDVS l.c. p.167 vitio librarii ruananne possum esse  
pro ruananne, cum verbum ruanen, junen vſitatus si significatu iudican-  
di: ipse tamen non inficiatur verbo runen et ruanen significatum dirimen-  
di, ſcēnendi, iudicandi que compete, licet rarius obuium.

(37) Vox eigin non adiectua est, sed verbum, quo formula textus latini ad  
litteram redditur, ad cuius aduentum omnes boni resurgere habent,  
quum eigen, habere, tenere, possidere significet.

(38) De verbi gelten, keltan, significatu reddendi, tribuendi, unde geld non  
incommode deriuatur, exempla proſtant apud ECCARDVM l.c. p.168,  
SCHILTERVM p.351 etc. et cel. WACHTERVM p.533 etc.


in euuig hab: endi thie ubit datun  
in euuig fair (39).

*Thifu iſt gilaubo allichu, thionibi  
eogih uuelihher triulicho endi fſli-  
cho gilaubit, heil uesan nimag (40).*

Plura non addemus, ne importuni videamur, de vetustissima  
maiorum nostrorum cura et sollicitudine imbuendi ipsam plebem di-  
stincta et accurata summorum capitum doctrinae christianaee cogni-  
tione. Vestrum nunc erit, *CIVES EXOPTATISSIMI*, qui Dei me-  
mores cupidique viuitis, haec omnia vestris animis et cogitatione  
ita comprehendere, ut intelligatis, quanti vestra intersit ea a vobis  
neque ignorari, neque multo minus contemni, rideri, atque vel  
inscienter conuelleuerisque, in quibus certa et indubia felicitatis  
mortaliuum aeternae spes nititur. Dignamini igitur grauissimas do-  
ctrinas de DEO, CHRISTO, SPIRITU que diuino, quorum  
expertibus vobis pereundum est, meditatione, assensione et vene-  
ratione vestra; atque hos in primis dies festos ita collocate, ut in  
sanctissimam spiritus diuini disciplinam concedatis, ipsiusque, preci-  
bus vestris, si seriae sunt, facile exorandi operationibus intelligentiam  
animumque emendandum tradatis, atque hoc traductore et par-  
ario DEI gratia et familiaritate potiamini, eiusque numine praef-  
sentissimo et propitio, quo nemo mortalium impune destitutus  
per omnem vitam reliquam, vti in rem vestram fruique felicissime  
confuescat. P. P. *Hala ad Salam*, in academia Fridericiana d. XX  
*Maii*, seu ex fastis sacr. vigilia Pentecostes anni christiani clo Io cc lli.

(39) Eadem haec sunt cum diuinis oraculis ROM. II, 6 - IO. 2 COR. V, 10,  
aliisque pluribus: quam ob rem indubiae per sacras litteras doctrinae de  
salute nostra sola fide et propter unum CHRISTI meritum, non propter  
opera bona, obtinenda nequaquam opponi possunt; de quibus seorsim ab  
origine sua consideratis, ne fermo quidem est, quum is denum bene age-  
re, bonum facere, Deique voluntatem obferuare recte dicatur, qui ordinem  
salutis diuinitus constitutum, qui voluntatem diuinam euangelio pa-  
riter ac lege manifestatam comprehendit, amplectitur, approbat et obser-  
vat, atque adeo per CHRISTVM Deo conciliatus sanctitati, officio, vir-  
tuti, operunque bonorum studio, operam nauat assiduam.

(40) De doctrinis hic propositis haec pronuntiantur, non de singulis terminis technicis, vocibus paraphrasibusque, quarum approbativa perfecta  
conuenientia cum sacris litteris pendet: quas nemo, vt par et necesse est,  
animo assensu fiducia et obsequio complecti poterit, qui illarum  
griar et intelligens ipsas has doctrinas negauerit aut  
oppugnauerit.







153596

S

AB: 153596

X 2261989

188.





SIG. IACOBI BAVMGARTEN  
COMMENTATIO  
IN  
VERSIONEM THEOTISCAM  
SYMBOLI ATHANASIANI

QVA  
PENTECOSTE

AD D. XXI MAI. 1650 LCC LII

NOMINE ACADEMIAE

INDICITVR.



HALAE, APVD IOANNEM IVSTINV M GEBAVER.

